

III.

Bona fides ne iure quidem Canonicō necessaria est ad actionum personalium praescriptiōnem.

IV.

Bigamiae, itemque adulterio dupli atten-tato , non Saxonico minus , quam civili iure praescribitur quinque annis.

V.

Accusatio, itemque inquisitio, in capite adul-terii ad quinque tantummodo annos, eosdem-que ab ultimo actu iudicali computandos, per-petuatur.

VI.

Praescriptione perimitur obligatio non ci-vilis tantum, sed et naturalis.

VII.

Velim diligentius aliquanto attendantiū advocati , ut, quoties pro Ecclesia contra praescriptionem qua-dragenariam nituntur, toties moneant, eidem non tan-tum quadriennium restitutionis in integrum adiicien-dum, sed et tempus illud, quo vixit alienans admini-strator, itemque, quo Ecclesia destituta fuit administra-tore, aut habuit administratorem, sed vel inutilem, vel nocivum, deducendum esse. Quod quidem a pleris-que paruī animadverti, dolemus.

VIII.

L. 13. §. ult. C. de Iudiciis, qua minoribus adver-sus praescriptionem iudicialem restitutio demum datur in subsidium ; hucusque propemodum vel ignorata, vel parum curata fuit. At publice interest, eam non in memoriam modo, sed et usum revocari.

S. D. G.